

licens — *nomini mancipaturum*. Edit. *corona vitae secularis commutaturus aeternam*, Ms. *coronam* — *eterna*. Edit. *Princeps visione* — *pertractans*. Ms. *visionem*. Edit. *meumque nomen illi reponas*. Ms. *inponas*. Edit. *pacem cum exterarum prouinciarum populis habens et fideliter institutam roborauit fidem*. Ms. *pacem cum exterarum prouinciarum populis fideliter institutam roborauit*. Edit. *explere sufficeret*. Ms. *expleret*. Edit. *sancti Christi tyronis propositum*. Ms. *sanctum*. Edit. *Vesprini*. Ms. *Vesprem*. Eodem loco in Edit. bis inutiliter positum *et*, item *ibi* pro *ubi*, item *praesidia* pro *praedia*. Et paullo post *deportauerat* pro *reportauerat*, et *merito* pro *inito*. Edit. *et ipsius suffragio simile fecit episcopis*. Ms. *et ipsius suffragio domitorum decimationibus simile* &c. Edit. *strictas decimas dari*. Ms. *strictae decimas seruari*. Et sic per sequentia *Capita*. Neque sui tamen *Codici* naevi desunt. Ita *annus mortis Geysae* dicitur 907. pro 997. quem errorem etiam habet *Veneta*. Quaedam praeterea in narratione transposita sunt, quae nobis *Lectionem VII.* et *VI.* constituunt. In *Leç.* IX. quod dolendum, in his verbis c. 6. *manibus a terra leuatum ad altare portauit*, Codex deficit. Ast paullo superius, ubi de *Caritate inclusu iuxta ecclesiam S. Salvatoris* fermo est, addit in *Bukensumlow*, quod ego de Pago *Schomlyo* et *Silva Bakony*, a qua Pagus hic non multum abest, interpretor. Editio *Veneta* et *Cracoviensis* ha-

bent solum *sumlui*, ad quod notat Editor Bolland. *Quid velit vox illa sumlui, plane ignoro, nisi forsitan sit nomen loci. Bonfinius idem narrans vocem istam omisit, uti et Surius. Ex hic dictis subpleri possunt, quae de Chartuitio traduntur in Cl. Horányi Memor. Hungaror. P. I. p. 398.*

CCXXV. VII. 22

Codex membraneus lat. Sec. 160 XIV. Folior. 192. f. per duas columnas luculente scriptus, rubricis distinctus, et olim, ut p. 2. legitur, *Monasterij Sancti Floriani patav. Dyoces.* continet sequentia: I. praemisso Capitulo elencho *Incipit Enchyridion v. manualis liber Sancti Augustini episcopi*. Initium: *Dici non potest fili Laurenti dilectissime* &c. Finis: *de Fide. Spe. karitate. conscripsi*. Extat. edit. *Maur. Opp. Augustini T. VI. Paris. 1685. col. 195.* divisum in Capita CXXII. Nobis censet LXXI. Ceterum cum Editis probe concordat.

II. fol. 24. p. 2. *Incipit liber aurelii Augustini episcopi. De spiritu et anima. feliciter*. Initium: *Quoniam dictum est mihi ut meipsum cognoscam* &c. Clauditur Cap. L. his verbis: *ex desiderio patrie sue et uisione dei. quem tenere* (Edit. cernere) *finis*. Atque ita claudebatur in omnibus *Mss.* Editorum *supracit.* ut ipsi testantur T. VI. *Append. col. 55.* quo rejecerunt Librum non *Augustini* partum, sed ex Variorum collectum sententiis, ut pluribus praeuia illorum

lorum *Admonitio col. 33.* Ad etiam *Cod. CCXXXVIII.*

III. *fol. 44. p. 2.* praemissis trium sequentium *Augustino* perperam tributorum Libellorum Summariis *Incipiunt quaestiones LXV. Orosii Et totidem responsiones. S. augustini.* Initium: *Licet multi et probatissimi uiri diuerso quidem stilo &c.* Finis: *qui preesse desiderat non prodesse.* Exemplar incorrectius editis T. VI. *Append. col. 7.*

IV. *fol. 58. p. 2.* *Incipit liber quaestionum sancti Augustini episcopi.* Scilicet *ex Vetere et Nouo Testamento*, ut in Summariis mox cit. dicitur. Primae quidem omiffa Quaestione: *Quid est Deus?* incipiunt: *Deus est, quod nulla attingit opinio &c.* et finiunt: *iam non serui sed filii dei.* Secundae: *Deus certe perfectio est. et nullius egens &c.* Finiunt: *ut ad fructum pasce peruenire mereamur. Per christum dominum nostrum. Cui honor est et gloria in secula seculorum. Amen.* Extant hae Quaestiones T. III. *Opp. Append. col. 33.* ab *Augustino* abjudicatae, sed multum abeunt a nostro *Codice*, siue numerum earum, siue ordinem spectes. Deficiunt in eo quaedam, quae in *Impressis* leguntur, et vice versa. Quaedam praeterea, quae in *Impressis* inter *Quaestiones ex Utroque Testamento mixtim a col. 89.* leguntur, in *Exemplo nostro* inter *Quaestiones N. T.* adscitae sunt; ut nihil de lectionis varietate dicam. Clausula miniata sequens est: *Expli-*

cit liber quaestionum XCIIII. S. Augustini. Et mox

V. *fol. 99* *Incipit liber eisdem de quaestionibus XXI.* Praemisso Elencho Quaestio prima est: *Quid sit quod maledictus dicatur, qui non reliquerit semen in israel.* Hic porro occurrunt *Quaestiones*, quae superius vel in *Impressis* vel in *Codice* deerant. Ultima est: *De Libro Genesis*, quae incipit: *In principio fecit deus &c.* *Si celum in principio fecit &c.* Et finit: *secundum ea que supra ostendimus.* Cum Editores *Mauriani* duplex genus *Codicum Mss.* has *Quaestiones* continentium distinxerint, *Noster* ad primum magis quam ad secundum genus pertinet.

VI. *fol. 126.* *Incipit liber de missarum mysteriis. Editus a lothario sancte romane ecclesie Dyacono Cardinali.* E Comitibus *Sig-niensibus* ortus hic *Lotharius* patria *Anagninus* deinceps ad *Patrum* euectus nomine *Immo-centii III.* obiit a. 1216. *Scriptorum* eius pars maxima prodiit *Coloniae* 1552. f. *Accrevere* alia successu temporis, quae enumerat *Hambergerus* in *Zuverläss. Nachricht.* P. IV. p. 343. Primus inter ipsa typographiae rudimenta lucem vidit Liber ejus *de Miseria humanae Conditionis*, de quo egi in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 191. *Secutum* est *Opus nostrum* editore *Job. Cochleo Lipsiae* apud *Nic. Fabrum* 1534. 4. in *sex Libros* divisum, qui in *Cod.* praesenti *Particulae* vocantur. *Prologi* initium

tium est: *Tria sunt in quibus precipue lex diuina consistit &c. Particulam* quamvis praeit elenchus *Capitum* seu potius *Conspectus* totius *Particulae*; non enim numeri congruunt. Ita elenchus *Part. I.* censet *Capitula XXVI.* cum reipsa sint *XLVI.* et in impressis plane *LXIV.* et sic de aliis. Nil tamen propterea Operis integritati deest. Finit *Lotbarius* post expositum *Missae Canonem* his verbis: *totum (Canonem) continue censui subscribendum.* Omisserunt illum *Lipsiensis* et *Coloniensis*, non vero *Codex* noster, in quo *Capitibus XII.* distinctus exacte legitur. Confer, si lubet, etiam *Cod. DCCXCIX.*

CCXXVI. VIII. f. 70.

466 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 144. 4. per duas columnas bene exaratus, rubricisque distinctus hanc Notam praefert: *Iste liber pertinet Conuentui fratrum sancte Crucis Canon. Regular. Domus Colonien. quem contulit nobis dilectus pater et confrater noster Johannes de castro vulgariter torborch. quondam prior noster. nunc autem in bentlage monasterien. dioc. cui tamen alia manus adiecit: Dono habui et habui dono cum alijs. Continet porro Sequentia: I. De Sanctis post pascha Secund. Johannem. Ego sum uitis uera &c. Omelia beati augustini episcopi. Incipit: Iste locus euangelicus ubi se dominus uitem et discipulos suos palmites &c. Et finit: per ineffabilem gratiam*
Denis Codd. mfs. theol. Bibl. Palat.

tiam Verbum caro factum est et habitauit in nobis. Itaque tres hic *Tractatus in Johannem* uidelicet *LXXX.* — *LXXXII.* prout extant edit. *Maur. Paris. T. III. P. 2. col. 702.* in unam *Homiliam* coaluere non adeo oculatum scriptorem nacti, ut qui varia transfiliit. Malo tamen mox sub principium cum eo: *fecit autem labruscas*, quam cum edit. *fecit autem spinas.*

II. fol. 5. a *Nesselii* manu: *S. Bernardi Vitis Mystica seu Tractatus de Passione Domini*, cuius initium: *Jesu benigne, uitis uera, lignum uite &c.* et finis: *finemque sacramus optimo et dulcissimo ihesu. Amen.* Transtulit *Mabillonius* in *Opp. Bernardi* edit. *Paris. 1690. Vol. II. T. 5. col. 427.* ad *Ανωροτον* *pium nec indoctum nec inelegantem.* Textus noster correctior edito. Melius enim *benedicte flos*, quam *benedictus. proprietates notare* quam *nominare. nec tantum naturam istius uitis, sed etiam ea quam nec tantum ea. Et primo quidem occurrit quod quam Et primo quidem quod plantata est pro plantatus &c.*

III. fol. 52. p. 2. Incipiunt *Soliloquia bernhardi.* In edit. cit. col. 199. tribuuntur *Guillelmo Abb. S. Theodorici* titulo *de contemplando Deo* cum *Prooemio*, quod *Codex* noster ignorat, qui infit: *Uenite ascendamus ad montem domini &c.* et in alias particulas sectus est, quam quidem in *Editis.* Ultima sunt: *te adoramus et benedicimus tibi gloria in secula.* Post quae rubro notatum: *Item*
de